

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 1: De superbia (19)

Gregorius:

Superbus aliena despicit,
propria admiratur, et si quid boni fecerit,
nunquam ab alio factum fuisse credit.

Semper aliena opera despicit,
semper miratur quod facit, quia et quicquid egerit,
egisse se singulariter credit;
atque in eo quod exhibet per gloriae cupiditatem,
sibimetipsi fauet per cogitationem;
et cum se in cunctis transcendere ceteros aestimat,
per lata cogitationum spatia secum deambulans,
laudes suas tacitus clamat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 34.23
(CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1767, ll.41-46).